



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Commentaria In Regvlas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. XLVIII. de Executione facienda.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62377)

**B** Pro certa scientia ) Adde And. Gail. lib. 1. obser. Camera obser. 35. num. 6. quod tamen limita singulariter ut procedat, quando secunda iussio, vel secundum rescriptum facit expressam mentionem de primo: alias ista geminata non haberet effectum, per not. Bald. in l. 2. C. de petit. bon. sublati lib. 2. Juba l. nec damnosa C. de pracib. imp. obser.

*Argumenta in Reg. XLVI. INNOCENTII VIII.  
qua est XLVII. PAULI V.*

- |   |  |
|---|--|
| 1. Iudex delegatus principis potest subdelegare.                              | 8. per clausulam: Tuam conscientiam onerantes, censetur electa in dicitur persona.   |
| 2. Industria Judicis videtur electa, ubi à Papa datur per signaturam.         | 9. Multo magis cum Papa sic rescribit, per teipsum cognoscas, vel exceperis: nam tunc ne quidem parvum consensu poterit subdelegare. |
| 3. Viccancellarius Papæ an possit alium substituire.                          | 10. Delegatus vel subdelegatus ab Ordinario, subdelegare non potest.   |
| 4. Hæc Regula non est de dandis.  | 11. Exceptio in subdelegantem invidetur proponitur post litem contestatam.   |
| 5. Delegatus summi principis sententiam suam exequi potest.                   |  |
| 6. Delegatus potest subdelegare si sit delegatus summi principis, aliter non. |  |
| 7. Ubi est electa industria personæ, delegatus etiã à summo principe sub-     |  |

*Regula XLVI. INNOCENTII VIII.  
qua est XLVII. PAULI V.*

DE EXECVTIONE FACIENDA.

**I**tem voluit, statuit & ordinavit, quod quotiescumque per signaturam suam vel de eius mandato factam super executendis aliquibus cum adjectione proprii nominis vel dignitatis cuiusvis Iudex datur, litteræ desuper expediantur cum expressione, quod idem Iudex executionem faciat per seipsum.

GLOSSE.

## GLOSSEMA ALPHONSI.

*Regula dicit quod quando Papa dat aliquem iudicem super expediendis aliquibus negotijs vel causis de mandato Pape per suam signaturam vel de eius mandato facti non sive exprimat nomen dignitatis iudicis in expeditione litterarum, debet exprimi quod idem iudex executionem huiusmodi faciat per seipsum h. d.*

*Et hec Regula est contra multa iura dicentia quod iudex potest subdelegare si est delegatus Principis, sufficit c. pastoralis de offic. deleg. & hoc de iure canonico, ne videatur obstat lex fin. ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. & l. more majorum ff. de iurisd. om. iudic. ergo, &c. Sed ratio decidendi est, quia videtur electa industria persona, quando datur à Papa per signaturam, & ideo ne sine causa possit subdelegare, mandat hic Papa, quod ponatur ista clausula, pro qua facit cap. fine. §. is autem de off. deleg.*

*Sed ista Regula non habet locum in rescriptis qua communiter emanant sine signatura Pape vel eius mandato facto, ergo non debemus recedere à verbis: quia rescripta sine signatura expeditur. & hoc nota: quia fundantur iure communi omnia rescripta scilicet Conquestus, ad audientiam, Qua nobis, Dilecti &c.*

*Et per supradicta videtur quod Vicecancellarius non potest ponere in officio suo alium Regentem Cancellaria, cum eius industria sit electa: tamen contrarium est verum, at in fradicione sua potestare: quod facit contra dicentes quod non habet potestatem nisi secundum regulas Cancellaria. & ista regula nec facit pro, nec contra aliquem, ideo nescio si sit danda, & credo quod non: quia concernit expeditionem tantum litterarum & non habet decretum irritans.*

## COMMENTARIA IO. A CHOKIER.

*Contra multa iura) Omnino: cum delegatus summi Principis sententiam suam exequi possit, text. in c. quarenti de off. iud. deleg. DD. in c. signifi. ff. de iur. d. tit. & in l. à iudice C. de iudic.*

*Si est delegatus Principis) Intellige summe potestatis; puta Imperatoris, vel Pape, aut alterius non recognoscens superiorem: secus est in delegatis Episcoporum, Comitum, Marchionum vel Ducum: nam isti non possent subdelegare: quia illorum leges vel constitutiones censentur jus pratoriū & non civile, ut per Bart. in l. §. in pr. ff. de verb. oblig. notat Ias. in l. A. iudice num. 11. vers. tertio l. mita C. de iudic. atqui ad hoc ut delegatus à Principe possit subdelegare, necesse est quod delegatio fiat à tali Principe cuius constitutio censetur jus civile.*

civile, & non pratorium *l. a. d. loco.*

**C** Electa industria persona. Quo casu delegatus etiam à Principe summa potestatis non potest subdelegare quia ab ejus persona recedit non potest ut dicitur in *rot. in una Perusine Concordia 10. Junij 1603. cor. am R. P. D. Pamphilio. qua. dicitur. extat apud Farinacium part. 2. decis. 462. num. 3. in Noviss. per cap. f. d. deleg. ubi late DD. scribunt quando dicatur vel censeatur electa industria persona, vide etiam supra ubi notat per clausulam *Tuam conscientiam oneramus*, ceteri electam personam industriam per not. Bald. in c. si pro debilitate col. 4. de officio deleg. Panor. in c. cum inveteri per illum text. de electio. multo magis quando Papa sic mandat, per te ipsum cognoscas vel exequaris, ut hic dicitur: nam tunc quidem de partium consensu potest subdelegare, quasi tunc electa sit ejus industria *l. a. d. num. 11. vers. sexto limita.* In subdelegato vero vel delegato ab ordinario perspicuum est illum non subdelegare: cum non habeat propriam jurisdictionem, sed mandatum, & sic alieno beneficio utatur *text. in l. more veterum cum l. seq. ff. de iuris. om. iud. & in d. leg. à iudice*, ubi latissime Jafon. qui inter ceteras limitationes ponit hanc, nisi partes non se opponant de qua quia lite contestata coram subdelegato amplius apponi non potest; cum sit exceptio dilatoria quæ litæ contestata tollitur, *l. Pomponius §. Rationabilis ff. de Proc. l. Ita demum C. eodem Jafon. d. l. A. Iudice num. 10. C. de iudic.**

*Argumenta in Regul. XLVII. INNOCENTII VIII.  
qua est XLVIII. PAULI. V.*

- |   |  |
|---|--|
| <p>1. Publica honestatis justitia dirimit matrimonium.</p> <p>2. An expressa affinitate censeatur expressa aut comprehendi publica honestatis justitia.</p> <p>3. Quando statutum dat certam formam non oportet perferri aliam scripturam etiam si in ea fiat mentio alicujus scripturæ.</p> <p>4. Hæc Reg. non est danda, quia concernit litterarum expeditionem, nec habet decretum irritans.</p> <p>5. Matrimonium cum rapta, quando valcat.</p> | <p>6. An stante dispensatione Papæ in gradu prohibito, censeatur quis ab interdictis ab excommunicatione Clericorum de consanguinitate, &amp; affinitate.</p> <p>7. Matrimonium contrahere impeditur cum ea quæ cognationis vinculo conjuncta est ipsi cum qua sponsalia ante traxi.</p> <p>8. Gradus affinitatis in publica honestatis justitia, quis hodie attendatur ex constit. Concilij Trid.</p> <p>9. Papa dispensans super impedimento publicæ honestatis justitiæ, cõcedit dispensare super legitimitate filiorum etiam</p> |
|---|--|